

Ann. V.

Num. II.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

*Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.*

*Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA*

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

VARSIAVIAE POLONORUM
rakowski Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

LONDON W.
28, Orchard Street.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTEMR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis. Apost et S. Rituum Congr. Typogr.
NEW YORK
52, Barclay Street.

CINCINNATI
436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis Apost et S. Rituum Congr.
Typogr.
RATISBONAE in BAVARIA

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL
1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

ANNUS MCMI	P. Rossani.
DE SABBATO APUD « GENTILES » SERVATO	S. Figielksi.
IN MARIAM VIRGINEM PUELLAM A PARENTIBUS IN TEMPLUM DEDUCTAM	
ELEGIA	I. Bonavenia.
ARCHAEOLOGICAE RES regia abydi sepulera	G. P.
NIC. MACHIAVELLI SENTENTIAE..... Latine reddidit	C. Dehò.
LUNAE IMAGO	M. Lani.
DE THOMA GUIDI PICTORE VULGO « IL MASACCIO »	A. Costaggini.
EX GALLIA. Parisiensia regna profunda	A. Vieillot.
FABULAE SELECTAE FONTANII A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE.	Fr. Xav. Reuss.
ANIMALIA MIRABILITER DEMIGRANTIA	P. Alexis.
ANNALES	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	Scriba.
LIBRORUM RECENSIO	H. P.
AENIGMATA	F. Palata.

In tertia operculi pagina:

VARIA: « Stereocomparator ». - Musica organa ex portulaca. - Ioci. P. d. V.	
EPISTOLARUM COMMERCIO	A. Secretis.
LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.	

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

M CMII

COMMENTARII "VOX URBIS,"

SOCIIS ET LECTORIBUS

IN ANNUM MCMII

QUADRIENNIO iam assueti, diebus hisce redeuentibus quotannis et facta respximus, et facienda promisimus; illa ut ostenderemus nos religiose fidem servasse, haec ut incundiora sociis nostris polliceremur. Nullum quippe mortale opus est, quod ipso in exordio undequaque perfectum sit atque expolitum, ipsaque signa Mironis, affabre quamvis conflata, polientis minima limae labore et mora indigebant.

Itaque commentario nostro unusquisque annus plura attulit emolumenta, sive amplificanda indicaret, sive minuenda ostenderet, sive nova inducenda suaderet, sive penitus exterminanda monstraret. Qua quidem in re magni fuit nobis opera sociorum, qui vel missis epistolis, vel communicatis ore consiliis, vel datis eluebrationibus undique gentium nonnulla emendarunt, plura auxerunt, plurima perfecerunt. Nos autem dociles gratique tantis viris laeti accipiebamus quae mittebanf, et morem gerebamus eruditis, quorum nominibus quasi totidem stellis commentarius noster coruseat, et, audientes dicto in meliora conantium, in meliora pariter nitbamur. Ita coniunctis viribus, factum est ut ex nostratis atque exteris nemo nobis erimen impegerit, quasi promissa dedissemus, quae non ad unguem praestitsemus.

Nume itaque quae erunt futura perspicimus laeto animo tempora, praecipuum quasi indicantes callem, per quem proximo anno gradiemur. Meta quidem una est, inerementum latinitatis; quam tamen in metam, non una sternitur via. Nos neque superbe tenuisse magnis itineribus propositum finem, neque semitas creasse confitemur, contenti exiguo calle, quem ab ipso commentarii exordio inivimus. Cui quidem nec spinae, nec sentes defuerunt; sed propositi tenax animus, sed conscientia boni, sed gratia vestra, o socii, sed labor assiduus omnia viceunt, ita ut quasi e collis apice superata spatia respicientes, non quidem ab ipso condito commentario, sed ab iis, quae superioris anni initium signarunt, laetari lieeat et fructus uberes, et iueundissimos visu flores percepisse una cum laude sapientum.

Enimvero elabente iam anno auctus est commentarius figuris, eluebrationibus, nitidioribus literarum notis; auctus non medioriter scriptorum numerus, quos inter magno cum gaudio accensuimus viros litterarum fama clarissimos. Accessit scriptorum centuria, quibus calidus inventa sanguis ferret, et spes arridet, et est praesaga boni voluntas. Iamque hisce

sunt fortia bello

Pectora, sunt animi; promptaque ad fortia vires;

ac tempus erit, quo non inter triarios modo, sed et inter primipilos, dueisque versentur. Igitur spes magna arridet fore ut, hisce adeuntibus, et alios atque alios allicantibus, messis uberrima erescat, et vetus gloria latinitatis tandem aliquando revirescat.

Vos autem maxime, adolescentes, illud ne fugiat, in litteris fieri, quod in aedificiis exstruendis quotidie videtis. Non unius opera, non uno lapide illa excitantur, sed coniunctione plurium; hi enim caementa comportant, hi lapi des, hi arenas, hi fontem, hi lateres, hi trabes, hi tigillo, dum illi saxa scalpis aptant, illi marmora secant, illi varia obeunt munera ut opus exsurgat ad solaria, ad teeta, ad erepidinem, ad fastigium. Ferat unusquisque vestrum quod potest, qui simul omnes omnia potestis; nam unusquisque suae regionis praestabilia novit, quae, si notarit communicabitque, coalesceat opus, et commentarius noster, cui patent omnia litora regionesque omnes orbis terrarum, dominium gentium, quod latina lingua tenet, notitiis undique susceptis, facile preeferet ipso in inessu, et in fronte.

Quae igitur monumenta vel sub dio pateant, vel reperiantur effossa, quae industriis, negotiationibus, commerciis terra marique tententur, quae denique in omni genere usui hominum inventa sint, a singulis vobis expectamus, qui non mediocrem honorem apud omnes eritis adepturi ex restituta latinitate, in quam feliciter incubuistis, pelago ratem primi committentes.

Atque haec pars auxilii est, quod flagitamus. Nam, si quid gratiae apud socios ac letores labores nostri meruerunt, illud etiam vehementer petimus, ut qui nomina commentario dederunt, non ipsi modo in proposito content, sed suos inter amicos sociorum numerum quaerant. Impendia quippe enormia sunt, quibus pares non efficimur, nisi societate multorum. His autem largienda futuro anno praemia, eademque more nostro munifica, proposuimus, quae sequuntur.

Compertum est paene omnibus, Florentiae aedificium esse fratrum Alinari proprium, in quo, artificio mirabili «photographica» plurima undique exquisita, exprimuntur. Nos iampridem ab eius officinae dominis libenter concessa usi facultate sumus referendi in imaginibus Commentarii quotquot ex opifice eorum tabulae placuerint; qua quidem potestate intra urbanitatem et non sine magna lectorum delektione haec tenus usi sumus. Hi autem Alinari fratres, qui tanta felicitate eiusmodi industria potiti sunt, per eamque, parta sibi singulari

scientia lucis, egregiam sui nominis famam undique gentium divulgarunt, experimentis plurimis patientissime adhibitis, tandem aliquando id sunt consecuti, quod ferme maximum in re videbatur, quomodo tabulis, imaginibus, locis, regionibus aptarent colores eosdem, quibus illa aut natura, aut arte essent praedita. Haec, visu sane mirabilia, Florentiae his diebus edita apta officina, quam A. Pini moderatur, patentque metr. $0,30 \times 0,40$; quod autem super cetera movet est colorum vis, qua non squallentes apparent imagines, sed clarae, vivae, nitentes quasi e manibus egregii artificis prodierint recentissime. En autem tabularum indicem, quas nostris hisce oculis obstupescentes vidimus, quasque sociis comparaturi sumus:

- I. **Pallas Minerva.** — Tabula ALEXANDRI FILIPEPI (vulgo Botticelli). Est in regiis aedibus palati Pitti, Florentiae.
- II. Tabula titulo **Madonnina** auctorem habens RUPERTUM FERRUZZI. In ostentu Venetiis habito an. MDCCCXCVII celebratum hoc opus emit servatque Ioannes G. A. Leishman.
- III. **Maria Virgo Mater cum Divino Filiolo.** — Tabula CAROLI DOLCI, in regiis aedibus ut supra asservata.
- IV. **Magdalena.** — Eiusdem DOLCI tabula est in pinacotheca degli Uffizi, Florentiae.
- V. **Maria Iesum pueram adorans.** Effinxit ANTONIUS ALLEGRI (vulgo il Correggio). In eadem pinacotheca.
- VI. **Idem argumentum** quod tractavit PHILIPPUS LIPPI. Ibidem.

Habebunt ex his pulcherrimis «photoeromias» unam, prouti elegerint, singuli socii, qui, praeter suam subnotationem, recto tramite ad Aristidem Leonori equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem, Romanum, via Alessandrina, 87, persolutam missamque, novam subnotationem cum eiusdem pretio miserint. Quot autem erunt subnotatores novi, totidem photoeromias iuxta optionem accipiet qui ipsos procuravit. Qui vero novos subnotatores miserit duos, hie vel duas, quas maluerit, photoeromias eliget, vel tertiam sibi subnotationem nullo pretio.

Proposita haec dona, quae sociis futura grata confidimus, animos addant ad latinitatis causam tuendam, quae optimo euique est causa humanitatis.

VOX URBIS.

ARISTIDI LEONORI equiti, commentarii VOX URBIS possessorum et administratorem, Romanum, via Alessandrina, 87, sociis

Haec proponit nomina virorum, ad quos, specimenis gratia, co-

nueos militat.

Ad ARISTIDI

1

2

Has novas subnotas
mittit socius (3)
qui suum subnotationem
signat (6) num

(1) Pro una subnotatione
flor. — (3) Nomen et dom.
(6) «Signato» vel «signato»
«uti vult ipso commentarii

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

DVS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
alessandrina, 87.

A
famam un-
mentis plu-
m aliquando
imum in re-
ibus, locis,
quibus illa
Haec, visu
edidit apta
patentque
per cetera
llentes ap-
pe, nitentes
dierint re-
ieem, quas
amus, quas-

KANDRI Fi-
egiis aedi-
em habens
a Venetiis
ratum hoc
Leishman.
o Filiolo.
s aedibus

tabula est
rentiae.
Effinxit
eggio). In
avit Phi-

photoero-
socii, qui,
amite ad
rii VOX
rem, Ro-
missam-
em pretio
res novi,
accipiet
ubnotato-
maluerit,
ubnotatio-

ara grata
s causam
sa huma-

RBIS.

A
et administator, Romam, Via Alessandrina, 87, socius (1)

haec proponit nomina virorum, ad quos, specimenis gratia, commentarii numeros mittat.

NOMEN	DOMICILIUM														
	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

(1) Nomen et domicilium socii.

Ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii **VOX URBIS** possessorem et administratorem,
Romam, Via Alessandrina, 87.

SCHEDULA SUBNOTATIONIS COMMENTARII **VOX URBIS**

NOMEN	DOMICILIUM
1	
2	

Has novas subnotationes (1) cum pretio (2)
mittit socius (3) ...
qui suum subnotationis pretium (4) ...
signat (6) num (7).

(1) Pro una subnotatione dicat: «Hanc novam subnotationem». — (2) Exprimat numerum libellarum, sive marks, sch., doll., rubl., flor. — (3) Nomen et domicilium socii. — (4) Add. «iam solvit» vel «hodie pariter solvit». — (5) «Praemio» vel «praemii». — (6) «Signato» vel «signatis». — (7) Exprimat num. photocromiae, prouti est in commentario; vel, pro re, his verbis deletis, scribat: «uti vult ipso commentario nullo impendio usque ad expletum annum MCMII».

Neque pariter Anglorum Russorumque simul-
tates ad arma erumpere alibi vidimus, quamvis

tra foedus novum, quamquam dictatum, inter
Bulgaros, aut Serbos, aut Czerna-gorae incolas

pleatur!

P. ROSSANI.

Graecorum Rumenorum
n oppido convenisse, Vin-
sse Francicum Iosephum
post Michaelem quoque,
vunculum, Budam Austro-
rem revisisse novum ser-
us palam exstitit.

antsgensi colloquio, Vilhel-
tum Caesares, Gallorum ex-
s fiducia, qua Compiegne ad
iam classem Caesaremque
iectam senserant: pacis enim
se Gallis militibus recinu-
orum ducibus epulans; pa-
nderat diuturnum adhuc in
n. Quod quidem probavit
llorum Turcarumque con-
tureis, pro civium Gallo-
solvenda, cum et classim
a Mitylenen occupare prope
nulla nostrorum gente Gal-
ri. Ita minis exterriti Turcae
; ita et Cretae insulae Grae-
ndae pacifice ritu facta in-

te Itali multum veteris ini-
temque Angli Germanique
cohibuerunt, post iter pae-
ctam Vilhelmi matrem ab
inum susceptum.

um est anni MCMII, quas
tralis, quas vidimus, Africæ
me tempus magis esset di-
cae gloriae celebrarentur.
Deo reddendas ob suscepta
marique haec beneficia id
xorandum atque expeten-
lucti bellii illius exitus brevi
Marte utrique exercitus a
edant. Redeant et illic ad
aratra, redeantque ad fo-
pifices, tristisque auri fames
is tandem aliquando ex-

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:

ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

ANNUS MCMII.

UT optimus quisque paterfamilias sub anni oceasu privatas res suas suorumque gestionem negotiorum ad examen revocat, hinc quae comparaverit, inde quae impenderit computans, supputansque quae reliqua sit aut sui iuris aut alieni pecunia in orientem annum administranda, ita decet diarium, qui totius mundi publicas res sui ipsius sermonis inde complectitur, earum summam sub novi anni initio aestimare, futurae aetatis auguria auspiciaturum.

Atqui haec animo revolventi gratum recolere praebetur e singulis tum Europae, tum Americae gentibus pacis studium, in universum orbem latius effusum, cohabitamque saepe belli libidinem, neque interdum arma sumpta, nisi ob urgentem commerciorum necessitatem, remota plane quavis terrarum potiundi cupiditate, aut principum arbitrio vel ira.

Effectum igitur, ut et ad dissitas et longinqua passim regiones nostrarum spectarent conamina gentium ad Asiam, ad Africam, ad Americam. Oriebatur enim annus cum Sinensium res maxime animos omnium captarent, cumque nostri exercitus iam Pekinum tenerent. Atqui ea in urbe tunc primum legatorum coetus ad pacem firmandam habiti, qui, etsi quinque per menses inani, ut videbatur, exitu producti fuerint, tamen Maio mense ratum tandem compositumque foedus obsignarunt. Proficisciabantur simul Berolinum Tokiumque legati Sinensium, suorum civium expiaturi crimen, qui Ketteler, Germanum principem, Iaponiumque scribam necaverant. Statuta pecunia, ut intata nostris detrimenta restituerentur, militibusque relictis, qui certa oppida custodirent, actum est protinus de nova pace, nisi quod Russi Mandciuriam provinciam adhuc retinerent, a qua tamen promiserunt sese intra duos annos abituros. Quae denique res causa fuit, ut Iaponii quoque, Germani Anglique sua quique nova iura obtestarentur ac vindicarent, illi in Coreae peninsulae fines, isti in Yang-tse fluminis vallem, aut per agrandam negotiis, aut armato milite subigendam ditioni suaee.

Neque pariter Anglorum Russorumque simultates ad arma erumpere alibi vidimus, quamvis

non semel incensae; neque Abdurhamanium, Afganistan, Persiae province, regem, ferro esse necatum causa belli eos inter exsttit, neque orta de Koweit litora Persico tenendo iurgia; sed pax ubique quovis pretio servata feliciter.

Fatetur haud Anglicae quidem gentis humilitatem id esse consecutam, sed gravitatem potius belli illius acerrimi, quod tertium iam annum ultima in Africa geritur. Cuius profecto adversa fortuna praepeditis Anglis suorum contestationem iurum integris viribus adserere negavit. Falso itaque Transvaaliani belli finis saepe saepius est conclamata, falso gentis huius aut illius Caesaris plures nunciata mediatio, tamquam proximae pacis componendae pignus: post tantam sanguinis effusionem tantamque pecuniam mordiebus tamen haerent Angli ultioni suae, neque minori animo patriae libertatis studio concitus hostis pugnat.

Quae Galli primum, deinde Austri, nos Itali tertio flevimus, modo Americanis lugenda contigerunt, Mac Kinley praesidem sicarii manu interemptum. Ei Theodorus Roosevelt suffectus est, quo quidem aeriorem vindicem neminem esse tradunt, qui civium novis inceptis atque imperii augendi studio libentius faveat. Res tamen cum moderamine hactenus accepta; neque in Americanas meridionales respublicas latino sanguine ortas, etsi earum dissensiones ansam iterum iterumque praebuerint, versa hactenus arma. Columbiani atque Venezuelan instructi exierunt in aciem, mox Chilenses atque Argentini de finibus decertantes paene ad pugnam moti sunt; verum ab utroque negocio abstinuerunt palam cum omnium laude nordicis cives, quinimo sua auctoritate interposita, ad mitiora consilia flectere animos valuere.

Item et citra Europae litora servata pax: servataque pariter antiquitus sacra foedera, quae utraque ex parte ad arma cohibenda tamdiu potuere. Germanorum, Austrorum, Italorumque triplex societas Gallis Russisque iunctis viribus suas copias opposuit. Simul Russi atque Hungari de pace circa Turcarum fines firme tuenda palam convenire visi, dum nullum contra foedus novum, quamquam dictitatum, inter Bulgaros, aut Serbos, aut Czerna-gorae incolas

iectum est: sed tamen Graecorum Rumenorumque reges Abbattiae in oppido convenisse, Vindobonam deinde petuisse Franciscum Iosephum salutaturos, ac paulo post Michaelem quoque, Russorum Caesaris avunculum, Budam Austrorum ipsum imperatorem revisisse novum servandae quietis pignus palam exstitit.

Item neque in Dantsigensi colloquio, Vilhelmum inter et Nicolaum Caesares, Gallorum turbata de suis sociis fiducia, qua Compiegne ad Britonum litora, sociam classem Caesaremque ipsum excipientes, auctam senserant: pacis enim hymnum Nicolaus ipse Gallis militibus recinuerat in campo cum eorum ducibus epulans; pacem Vilhelmus sponderat diuturnum adhuc in tempus permansuram. Quod quidem probavit extremo eventu Gallorum Turcarumque contentio de pecunia a Turcis, pro civium Gallicorum violatis iuribus solvenda, eum et classim ad bellum instructam Mitylenen occupare prope vidimus, et tamen a nulla nostrorum gente Gallicos ausus praepediri. Ita minis exterriti Turcae dedere vietas manus; ita et Cretae insulae Graecorum regno addicendae pacifico ritu facta innovabuntur.

Simul Galli atque Itali multum veteris iniuriae remisere; itemque Angli Germanique aemulationes suas colibuerunt, post iter praesertim ob vita functam Vilhelmi matrem ab Anglico rege Berolinum susceptum.

Summa haec rerum est anni MCMII, quas nisi exturbarent australis, quas vidimus, Africæ pugnae, nullum ferme tempus magis esset dignum, cuius pacificæ gloriae celebrarentur. Quare inter grates Deo reddendas ob suscepta atque firmata terra marique haec beneficia id ferventius in dies exorandum atque expetendum, ut nimis producti belli illius exitus brevi illucescat, et aequo Marte utrique exercitus a cruentis campis recedant. Redeant et illic ad arva ligones atque aratra, redeantque ad fodinas gemmiferas opifices, tristisque auri fames eruentis tot vietinis tandem aliquando expleatur!

P. ROSSANI.

DE SABBATO APUD "GENTILES", SERVATO.⁽¹⁾

III.

Verumtamen maioris momenti oritur quaestio, utrum Gentiles septimum quemque diem festum habuerint, an coluerint sabbatum, praescriptum peculiariter Iudeis.

Hae de re in utramque partem commentati sunt eruditii viri. Quae argumenta ipsi afferant omittimus, sed quaedam demonstrationis subeundae gratia statuimus.

Septimum diem Gentilibus, etsi non festum aut publico cultu celebrem, atrum saltem apud Aegyptios praesertim fuisse constat. Et laborum intermissio erat eodem die, et quies – quam tam illi non semper observabant, – et divinus cultus, sed vanus potius ille ac superstitiosus timor, quem inuaserant astrologi. De singulis seorsim.

Ponimus ab antiquissimis temporibus dies a septem planetis, quos statuerunt veteres astrologi, nomina communiter tenuisse. Teste Dione Cassio, (2) inventum illud putatur Aegyptiorum, et in omnes homines vulgari coepit; ita ut apud Graecos ipsosque Romanos veluti mos patrius habitus sit. En vetustissimum Apollinis oraculum (3):

*Mercurium ac Solem simul adpellare memento
Luce sacra soli: tum lunam, ubi reverent eius
Nota dies, Saturnum exin, natamque Dione
Vocibus arcana, quas maximus ille Magorum
Septizonis Dominus reperit notissimus idem... (omni-
bus).*

Iamque ostendendum est, septimum, sive Saturni diem, «atrum» i. e. quasi funebrem habatum fuisse.

Nota est dierum apud veteres distributio in festos, profestos et atros. Atri alii a tristi aliquo omniere talem notam contraxerant publice, veluti postriduani Romanorum, alii vero non publico quidem instituto, sed privata praeumptione atri vocabantur et inauspicati: vel enim aliquod insigne malum, quod iis contigisset, adnotabant, vel ex astrologiae principiis periculorum portendebant metum. Ceterum dies atros etiam religiosos vocari monendum est ex Gellio (4): Religiosi dies dicuntur tristi omni infames impeditique, in quibus et res divinas facere et rem quampiam novam exordiri nefas est. Curae nobis magnopere non est hie de malignitate solum, quae atrum veteribus diem peperit, agere. De hac passim loquuntur etiam poetae. Ita praesertim de Saturno Orpheus (5): «Saturnus nigricantem semper habere barbam voluit». A Vergilio (6) frigida, i. e. nocens, vocatur Saturni stella:

*..... caeli menses et sidera serva,
Frigida Saturni sese quo stella receptet.*

Proprius multo ad rem nostram spectant, quae suppeditantur a nobili quidem et facundo, sed nimis interdum faceto et obsereno Ovidio (7):

*Tunc licet incipias, qua flebilis Allia luce
Vulneribus Latiis sanguinolenta fuit.
Quaque die redeunt rebus minus apta gerendis
Culta Palaestino septima festa viro.
Magna superstitione tibi sit natalis amicæ:
Quaque aliquid dandum est, illa sit atra dies.*

(1) Cfr. num. sup. — (2) *Histor.*, t. XXXV, p. 37. — (3) Ap. Euseb., lib. V. — (4) Lib. IV. — (5) *De diebus*. — (6) *Georg.*, lib. I. — (7) *De arte am.*, lib. I.

Nihil evidentius pro sententia nostra afferri poterat, eum non solum illum diem, quem Iudeis festum esse dicit, inter atros colloget, sed et expresse «rebus gerendis minus aptum» pronuntiet.

Itaque certum omnino videtur, septimum hebdomadae diem ob Saturni notam atrum seu aegyptiacum habitum esse veteribus. Qua in parte thesis supra positae benignus nobis adhuc calculus mittitur a quadom antiquitatum intimorum peritissimo thesaurario (1):

«Saturni sidus apud astrologos triste est atque malevolum: ideo dies septimus ex eorum disciplina ater habetur, et inauspicatus, et rebus agendis inidoneus. Eiusmodi suppositionem doceuerunt Orpheus et Hesiodus. Quam et Tacitus de Iudeis agens respexisse videtur. Septimo die otium placuisse ferunt, quia in finem laborem tulerit...» Haec de iis potissimum diebus intelligenda videntur, quae publico iussu atram acceperant maculam.

IV.

Quin etiam septimum diem esse sacrum, non solum sciunt Hebrei, sed etiam Graeci; per quem diem universus mundus circumagit eorum, quae viva gignuntur, et omnium quae producuntur a natura.

Hesiodus de ipso haec habet:

Primum luna nova et quarta est et septima sacra.

Homerus autem:

Sacra dies vero post haec tum septima venit.

Et rursus:

Septenusque dies fuit, in quo cuncta peracta.

Callimachus porro poeta seribit:

«Septimus imprimis, perfectus septimus exstat».

Equidem locorum horum mens et verba si attendantur, hue – si quid indicio – recidunt, Graecis non minus septimum hebdomadae diem sacrum, quamvis non omnino festum, sicut et Hebreis.

Succedit nunc egregius locus Iosephi Flavii (2), quem plenius heic referre iuvat: «Primum quidem iura patriæ conservabant: in negotiis vero et ipsis philosophiae tractatione illum – (de Moyse loquitur) – secuti sunt, de Deo similia sapientes frugalitatem vitae et communionem inter se invicem docentes. Quin etiam pridem multi nostram pietatem aemulati sunt. Neque est civitas Graecorum usquam aut barbarorum, nec ulla gens, ad quam septimanae, in qua vacamus consuetudo minime pervenerit, ieuniaque, iucernarum accessionem et multa alia circa eibum, legibus nostris statuta non observentur».

Insignis adhuc locus est cuiusdam R. Gedaliae, quem laudat Huetius (3): «Dieunt gentes, quod universus mundus observavit diem sabbati, nequidquam in eo operati fuerint, usque ad promulgationem legis, ex eo quod scriptum est: Et benedixit Deus diei septimo».

Fateri debemus adesse documenta, quae haud obscure negant eo more, quo Iudei solent, septimum diem a paganis esse cultum. En audiamus Julianum illum veritatis divinae desertorem

et persecutorem: «Quaenam – quaerit – (1) gens est, per Deos, si haec demiseris: «non adorabis Deum alienum et memento Sabbatorum», quae mandata cetera servanda non putet?» Silent quoque, qui de sacris antiquorum eum cura egerunt. In fastis etiam et kalendariis, quae alia festa exhibent, huius festivitatis sabbati vestigium non deprehendunt.

Sed argumenta haec sunt posterioris temporis, quae potius probant, paganos, quo longius a lumine veritatis recessissent, eo magis ad fidei errores cavillationesque, ad morum depravationem et ad sabbati ignominiam pervenisse.

(Ad proximum numerum).

ST. FIGIELSKI.

IN MARIAM VIRGINEM PULLAM

A PARENTIBUS IN TEMPLUM DEDUCTAM (2).

ELEGIA.

*Anna parens, tua sic secura puellula vixdum
Lacteo insilens iam pede carpit iter?
Ut levis illa volat, neque enim vestigia figit,
Terna quidem cui vix tempora veris eunt!
Qualis acus, quae vim magnetis ut illita sensit,
Emicat ad carum nil remorata polum;
Parvula rel qualis decussa ex igne farilla
Lucidulum ad sphæram vertit anhela caput;
Sic primum posse ut sensit se fidere plantis,
Currens appetit nostra puella Deum.
Ite mei, ite, pedes, inquit; templumque petamus,
Templum, templum aveo; quae mihi causa morae?
Talia dicebat, rapido simul impete fertur:
Lentior ex ore missa sagitta volat.
Hanc Amor ut vidit se praeterirentem: Ohe! dixit,
Alas tolle tibi, tu mihi cede pedem.
Luminaque intendens lacrimis humentia mater,
Ah! care, dicebat: ne, mea vita, cadas.
Implicitaque manu retinet, gressumque gubernat:
Maternam lassat, sic fugit, illa manum.
Iamque procu sancti cernuntur limina templi,
Et dígito optatas indicat ipsa fôres.
Oh mihi cara domus, carissima moenia, clamat:
Vos ego iam teneo, vos ego certa colam.
Tum, qua planities clivo se porrigit alto,
Aeditus prostans adproperare iubet.
Colligit ipsa manu pallam, et comitit altos
Scalarum (urget amor) persiluisse gradus.
Haerentemque gradu primo linquit Ioachimum,
Cui rugosa piis imbris ora madent.
Qualis fulgentem primo vix extulit Eo
Sol frontem, risu cuncta suo recreat;
Tum facili cursu montes superemicat omnes,
Obscuramque suo lumine lustrat humum:
Haud secus e piano virginacula nostra Maria
Ascensu celeri limina summa tenet.
Protinus abruptis psalmis, missisque prophetis,
Turba levitarum prosilit ante fôres.
Nil cunctata puella neque hos neque respicit illos,
Unum adit et sequitur sedula Pontificem.
Attamen ad relum ut ventum est, altareque ridit,
Vasaque divino sancta ministerio:
Atque loci sacram auram sensit, pectore in imo
Horruit, et roseus palluit ore color.
Sic aet auroram rosa, mor ad lumina solis
Turbatur; defit, qui fuit ante, rubor.
Iungit Virgo manus timidumque ad pectus honeste
Admovet, atque pie lumina flectit humili:
Inde solum demissa petit, nec poplite tantum
Flexo, sed terram fronte genisque premit.
Atque: Tua en. Deus, inquit, adest ancillula, quae se
Proicit ante tuos pauper inopsque pedes.
Teque rogit, Deus alme, fidem acceptare roventis
Servitum castum, virginemque decus.*

(1) Ap. CYRILL., contr. *Julian.*, lib. V. — (2) Ex cantinulis italicis sermoni scriptis a P. Hieronymo Tornielli S. L. — De earum ratione et auctore aliud alias attingemus.

Haec illa: et v
Certantes ali
Tum quod San
Et properant
Tum septem m
E candelabre
Desper altare
Ad caelum re
Ecce autem ret
Dextram pra
Sustulit et voce
Quale Dei do
Oh! si viva for
Vultu olim, i
Sic ait, elatam
Illicrimans u
Inque domus el
Et matres pa
Cunctae accuru
Casta puellar
Iamque super n
Quae non dis
Verum corda m
Viderunt com
Hinc instructa
Usque silens
Tum qui ieunia
Cingitur urti
Hoc visu trepia
Quaepliam et
Nonnullae inter
Nempe Abbav
Tum roseo ore
Oscula dat d
Oscula dat mat
Prospera qua
Tinnula vox re
De se deque a
Flocculus inter
Explicit, no
Post religat, re
Quam circum
Sic aeri sub fl
Fit desideriu
Nunc, o caelico
Quae nos sci
Millia millenâ
Agnina, qua
Aurea fila feru
Serica, quae
Traicit hic per
Apparat hic
Adsunt fila ac
Est et acicul
Sed suat aut p
dux operis t
Ingenii primus
Enituisti hu
Hunc sibi palla
Omnibus oste
Tum mira qui
Nil reliqui fa
Fert opus hic p
Hic ut conci
Atque illa: O
Ecqua meoru
Nocte manu du
Huic templu
Nec tenebrae i
Quidquid po
Nostri 'n, aieba
Quodque intu
Aurea quid me
Quid candelab
Umbra quidem
Quae pariet
Illa Dei sedes,
Se Deus: en
Porta orientale
Humano nur
Illa etiam spl
Terrigenis p
Hie ea candid
Matrem?

taerit - (1) gens
non adorabis
oatorum, quae
putet? » Silent
a cum eura ege-
ariis, quae alia
sabbati vesti-

sterioris tempo-
os, quo longius
eo magis ad
l morum depra-
iam pervenisse.

F. FIGIELSKI.

PUELLAM
DUCTAM (2).

la rixdum
t iter?
gia figit,
ris eunt!
h causa morae?
fertur:
m: Ohe! dixit,
ntia mater,
cadas.
gue gubernat:
anum.
na templi,
es.
via, clamat:
olam.
alto,
et.
itur altos
gradus.
oachimium,
ent.
eo
at;
omnes,
um;
ra Maria
prophetis,
respicit illos,
ificem.
areque ridit,
ore in imo
ia solis
r.
pectus honeste
umi:
tantum
remitt.
cillula, quae se
pedes.
re voventis
(s).

(2) Ex cantuum
Tornielli S. I.
s attingemus

Haec illa: et voto cuncti plausere Cherubim,
Certantes alis ingeminare sonum.
Tum quod Sancta tegit Sanctorum attollere velum,
Et properant arcum mox aperire sacram.
Tum septem magno, geminata luce, coruscae
E candelabro communicare facies.
Desuper altare exarserunt thura, vaporque
Ad caelum recta lene tetendit iter.
Ecce autem vetula, aedis alumnarumque magistra,
Dextram praे grandi laetitia tremulam
Sustulit et vocem simul: Oh! quam bellula! clamans,
Quale Dei donum! caelitus ista venit!
Oh! si viva fore, dulcissima mi Isabella,
Vultu olim, incessu, gestibus huic gemina!
Sic ait, elatamque ab humo complicitur, atque
Illacrimans udo pressius ore legit.
Inque domus claustrum interius procurrit anhelans,
Et matres passim nomine quamque vocat.
Cunctae accurrebant, simul omnis matribus ibat
Casta puellarum, plurima turba, comes.
Iamque super niveo steterunt ut limine, nulla est
Quae non discipiat basia mille dare.
Verum corda metus pupugit iuvenilia, postquam
Viderunt comites, dia puella, tuos.
Hinc instructa colo fusoque Modestia, tum qui
Usque silens Genius labra premitt digitum.
Tum qui ieiunans macra exstique figura
Cingitur articis, flagrante longa tenet.
Hoc visu trepidant, albus color inficit ora,
Quae piam et hinc fletus edidit altisonos.
Nonnullae inter se submissa voce loquuntur:
Nempe Abbatissam hanc protinus esse volent.
Tum roseo ore nitens virguncula sancta paternae
Oscula dat dextrae qualia suadet amor.
Oscula dat matri, grates simul addit utrique,
Prospera quaque rogans atque valere iubens.
Tinnula vox resonat, maiorque aetate triumphans
De se deque suis intima claustra subit.
Flosculus interdum laeta sic mane venustum
Explicuit, nondum sole calente, comam:
Post religat, reliquaque abscondit parte diei,
Quam circum frusta sedula moeret apis:
Sic aeri sub flore latens pulcherrima nata
Fit desiderium, poena dolorque suis.
Nunc, o caelicolae iurenes, nunc dicere vestrum est,
Quae nos scire domus ferrea claustra retant.
Millia millenâm descendunt singula caelo
Agmina, quae pariter candida vestis obit.
Aurea fila ferunt, et splendida versicolore
Serica, quae varius postulet inde labor.
Traicit hic per acum fila, alter licet torquet,
Apparat hic telas, expedit ille glomos.
Adsumt fila acibus, si quid racet illa suendo;
Est et acicula, si puncta requirat opus.
Sed suat aut pingat, praesto est hic et ille magister,
Dux operis trama signaque certa notans.
Ingenii primus labor, almae ars prima puellae
Enituisti humili, parvule flos violae.
Hunc sibi palliolo contexuit angelus: inde
Omnibus ostentat laeta per astra poli.
Tum mira quidevis bona virgo perficit arte,
Nil reliqui faciunt, quid sibi quisque rapit.
Fert opus hic phrygium, pinnatum hic textile monstrat,
Hic ut concinne punctula ducit acus.
Atque illa: O Aligeri, quos misit Numen ab alto,
Ecqua meorum operum praemia? Vester amor.
Nocte manu ducunt secreta per omnia templi:
Huic templum nil, quod non reseretur, habet.
Nec tenebrae impediunt, atque alta mente Cherubim
Quidquid portendant mystica signa docet.
Nostri n, aiebat, pia quidnam haec innuat arca?
Quodque intus, caeli semina, manna latet?
Aurea quid mensa, ut supra incendantur odores,
Quid candelabrum nobile luminiibus?
Umbra quidem sunt haec, matris sunt signa futurae,
Quae pariet felix aequa hominem atque Deum.
Illa Dei sedes, in qua dabit ipse videndum
Se Deus: en nulli hic conspiciendus adest.
Porta orientales quae tractus prospicit, illa est;
Humano numquam porta adeunda pede.
Illa etiam splendet magni mensa aurea templi,
Terrigenis panis caelicus unde datur.
Hic ea candidula: Talem quae saecula cernent
Matrem? Tum aligero risus in ore micat.

Parra cicindela ut circum raga lumine nocte
Pulcre collustrans itque reditque vias;
Quam quisque indigit, sequitur, sed ab omnibus ipsa
Visitur, et sese non tamen una videt;
Sic Maria: et quamevis superum chorus omnis adoret,
Se tali Dominam nescit honore coli.
Hanc sibi si detur mirari! idque optat et orat:
Quaque dedit caelum, talia dona cupit.
Cur non ista docent, arecanaque dulcia pandunt?
Seilicet id vellent, iussa sed alta retant.
Oh! caelo dilecta magis quam credere possis,
Carior inde etiam, quod minus ista cides!
Cresce agendum, niteasque inter sic pulera soror es,
Ut stellas inter maxima stella nitet.
Ecce dies aderit, mi dulcis vita Maria,
Atque tuus quae sis inde poeta canet.

JOSEPHUS BONAVENIA S. I.

ARCHAEOLOGICAE RES

Regia Abydi Sepulcra.

DUAE fuerunt olim hoc insignes nomine urbes; altera in Asia a Milesiis condita, Gyge Lydorum rege permittente, qui totius Troadis imperio tum fruebatur, atque haec in Helle-sponso opponitur urbi Europaeae Sesto, interae-stuante angusto mari; altera vero in Africa est, ac proprie Aegyptia, cuius ruinae, caput enim regionis diu fuerat, ad nostra usque tempora, dignae animadversione et contemplatione videbantur. Quibus in ruderibus cum inquireret Banks anno 1818 illa inventa est celeberrima tabula hieroglifica genealogiam continens regum, qui primi in Aegypto regnabant. In hanc incubuere Caillaud, Wilkinson, Barton, Bunsen, Lepsius ac De Roset, ne nuperrimos nominem. In Londinensi museo tabula illa nunc est. Quum autem effossiones apud Ninivem, Babyloniam, Troiam, Cnydum, Argos, Mycenae nostris praesertim annis incredibilem prope suppellectilem historiae bonis artibus suppeditaverint, museis autem, fossoribusque divitias, quae exspectationem ipsam facile vicerunt, mors non fuit quin et idem in Abydenis tumulis agrisque, afflante non levi spe, tentaretur.

Et quidem hic pariter res non citra, non intra, sed ultra spem cecidit, quippe effossores in sepulera inciderunt illorum regum, qui nec existisse a pluribus putabantur. Aliud autem est syllabo, memoria, etsi sculpta, potiri, aliud sepulera invenire. Inscriptio, marmor, aes mendaci manu confici potuit; sepulera cadaver continent illius qui vixit, qui sepultus ibi olim fuit una cum ornamentis gloriae sua, una cum insignibus regiis, una cum recordatione aliqua patratorum. Illa igitur Abydensis tabula genealogica non modo penitus firmata est, non modo prima regum suorum series demonstrata est, sed et aliorum, qui ante eam, et post eam reges fuerunt, nomina gestaque narrantur. Itaque factum est ut quae certa videbantur historicis, a pyramidibus aegyptiis aedificatis, saecula, nunc altiori antiquitate supererent, et, si fides habenda sit iis, quibus placuit adhibere in archaeologico ac triumphali, ob inventa, convivio patinas, lances et cyathos, queis Mena, Zer ac Den vivi ac regnantes illuc olim sunt usi, historia sexto ante Christum millennio feliciter potita est.

Neque ego inficiabor, aliquid gravius biblicis timens annis, cum sciā ab Abrahamo illo vetustissimo petitum olim Aegyptum omnibus

fuisse inventum artibus, disciplinisque expli-tum, et regio cultu ac deore exornatum.

Sed, quae sunt nostra, sequamur. Quae aurea, eburnea, gemmea regalis illa necropolis asser-vabat, constituant nunc exordia historiae huius; atque inde scimus deceū reges tercentis et quin-quaginta regnasse annis in superiore Aegypto, et in urbe Abydo ante Menam regem, qui ve-luti prior aetate ferebatur; principem autem landem famamque fuisse adeptum cognoscimus, quia regionem omnem in suam potestatem redigit, et quasi regni pater et fundamentum habetur. Ka, Zeser, Marmer et Sam nomina sunt quatuor regum, qui ante Menam fuere. Hisce unum erat vel nomades circum populos solo affigere ut colerent, vel pertinaces et ob-sistentes expugnare, vel incurentes non modo repellere, sed insequi, frangere, proterere. Et vultus Narmeri regis contemplandus datur in silicea lapide, cui ab ardesia nomen, dum ho-stem ferro occupat; mox aliae atque aliae pugnarum facies, mox captivorum, immo mancipi-piorum turmae in labores camporum adactae, praecipue in irrigando solo, derivatis a Nilo undis; iis autem rex et aderat, nec opus ipsum regiae manus horrebant.

At, quamvis hi illustres et recordatione digni habeantur, prae his emicat Mena rex, qui, post hosce solio potitus, Memphis urbem, regni gentisque caput, condidit, eamque ita egregia tem-perataque regione opportunoque in loco collo-cavit, ut nihil illi deesset ex iis, quae terra, quae undae, quae aether offerre possunt; omnia enim haec nostris temporibus Babylonom Aegypti, quae et Cairus dicitur, feliciter habitandam, et iucundam habitatu constituunt. Menae sepulcerum quatuor abhinc annis repertum in superiore Aegypto est, et nuper vere magna rerum eius supellex inventa, quum aequalium eius Abydi sepulera effoderentur (1). Unde liquet eos, qui ibi conditi erant, illo vixisse tempore, quo Menas inter Abydum et Memphis quasi errabundus adhuc versaretur, ne veteris urbis habitatores offendere linquens, novaeque urbis magna sibi pollicentes incolas praesens animo augeret.

Et Menae regis fuit, aut saltem ad eius memoriā pertinet lignea tabella eburnea, earum instar, quae in sepulera regum coniiei solebant. Illic in summo regium nomen, « ab Osiride natum », duo sacri phaseli, ara Deae Neit sacro ambitu inclusa, post haec altera in linea offe-rens homo, taurus per aperta currens rete in capite implicatus, iterumque ara, super qua grues; tertia linea tres in flumine naves obiicit, tum munitas insulas; quarta inscriptionem dat adhuc ancipitem. Habetur et aurea virgula 15 gramm. pond. nomine regis in imo decorata. Neque insignia minus illa fuere, quae sepulcrum obtulit uxoris, regi Zer olim nuptae. Quatuor armillae sunt auro gemmisque dolatae, atque ita eorum partes inter se haerent, alia alii, ut ne crystallo quidem munitus oculus perspiciat modum, quo coniunctae olim fuere ab aurifice. Haec ante Christum saeculo septimo et quadragesimo confecta videntur; quo in tem-pore, - septem enim et quinquaginta Zer regnauit annos, - aegyptia ars culmen perfectionis at-

(1) Cfr. scriptum W. M. FLINDERS PETRIE in comm. *Harper's Magazine*, mense octobri MCMI resumptum in italicō comm. *Minerva*, die III Novembris eiusd. anni.

tigit, a quo quatuor millibus, qui sequuntur, annis non recessit.

Regi Zer Zetus rex successit, atque huius nomen in speciosa e duro saxo patera emicat. Mirandus plane in hisce tumulis numerus vasorum huiusmodi ex quavis gemma a sapphiris et smaragdis ad crystallina propiora topatiis, ad porphyretica, et hyacinthina, et marmorea.

Nomen regis Nerneit, qui post Zet regnum adeptus est, in ingenti lapide candido inscriptum est; de ipso quoque praedicatur quod Deae Neit in deliciis fuerit. Cirea locum eius minoris lapides erant inscripti, sub quibus et aulie, et familiares eius condebandi; et munera horum, et honores, quibus funeti fuerant, una cum nominibus singulorum in singulis funebris lapidibus leguntur.

Quintus huius progeniei fuit rex Den, magnifice clarus aedificiis. Sepulcrum eius ceteris amplitudine, arte, genio praestat, et quae anaglyptica illie inventa sunt, praesertim in vaseculo alabastrino, omnia exsuperant illius temporis manufacta. Post haec nihil saxeum aedicatum duecentis ferme annis est, sed omnia ex latere et ligno. Qua de causa? Senescere hoc tempore, languescere saltem visae sunt artes: fortasse bellis, fortasse calamitatibus publicis: post hosce autem iterum revixerunt.

Ad novissimos tamen reges prioris progeniei quod attinet, nihil, praeter saxea vasa, quamvis fracta, distinetaque inscriptionibus, reperta sunt, sigillaque ex creta, quibus plura noscere illius temporis licet.

Cirea alteram progeniem, seu familiam, quae inde regnavit, trium priorum regum haec tenus ignota sepulera: nomina eorum tamen scimus quia in sepulcro regis Perabsen, qui post illos regna tenuit, plura ex marmore vasa reperta sunt, quae ad eos pertinebant. Vixit, uti creditur, anno 4390 ante Christum. Decorabatur funerea aedes duobus lapidibus ex eo marmore, quod *sienites* dicuntur, nomine eius inscriptis, quibus superstebat imago Dei Set; in hanc autem, qui Orum postea coluerunt, fecerunt imponit ferro, et abraserunt. Nunc vero, una cum sepulcro regis Khasekhemui, iterum aedificia saxea assurgunt, immo hic plura sunt funebria cubicula, in quibus reliquiae veterum divitiarum repente apparuerunt, nihil tale sibi sperantibus. Septem saxea vasecula, opereulis aureis clausa, filisque aureis alligata, vaseulum ex onyche, seu corneola fulgidissima, duo aurea monilia, pluraque insuper marmorea vasa et ex quovis pretioso lapide, et ex ciprio aere, et eupriae asciae, et cultri silicei praegrandes. Numquid hi ex devictis barbaris quasi relata trophyae?

Ad alium parietem integra, deducta malleo, mensae supellex ex ciprio pariter; lancee, patenae, paterae, calices, urnae, et pleraque ad quotidianum usum confecta eodem metallo. Denique, ne quid deesset, regale sceptrum fere integrum, constans cylindris septem ex onice, altero cum altero aurea zona coniunctis, ciprio intus regente singula calamo, seu nucleo, a summo ad imum perpetuo. Tarentinum sceptrum, quod vetustissimum et princeps hactenus existimabatur, quatuor annorum millibus recentius illo est.

Ad tertiam regum familiam sepulera pertinent, quae ad boream Abydi sunt reperta nuper. Ibi sepulti sunt reges Neterkhet, et Sekhemnekht. Duo de viginti cubicula occupant, et centena ex alabastro vasa, fragmenta vasorum dices rectius, continent.

At eur fragmenta? Quia olim, antiquitus sepulera haec et scrupuli sunt, et expoliarunt; inde Cophti, gens rufis, ea vastaverunt, mox, quatuor scilicet abhinc annis, praedones illi, qui avaritiae causa rerum antiquarum commercia tenent, iterum invaserunt. Ignari tamen inscriptionum, neque curarunt has, neque vasorum collegerunt fragmenta, et inscriptionibus tamen et fragmentis ferme ex integro reparatur historia; quid si infarta sepulera illa invenissemus?

Habentur itaque Abydi reges ex repertis:

A) *Ante domus regnatrixe constitutas*

Ka	anno circiter ante Christum 4900
Zeser	4870
Marmor	4840
Sam	4800

B) *Primae Familiae*

Aha-Mena, seu Men	4777
Zer-Ta	4715

Zeth-Ath	4658
Nerneit	4627
Den-Setni	4604
Azab-Merpaba	4584
Mersekha-Shemsu	4553
Qa-Sen	4540

C) *Alterius Familiae*

Hotepahau	4514
Raneb	4476
Neteren	4437
Perabsen	4390
Khasekhemui	anno eireiter 4373

G. P.

NICOLAI MACHIAVELLI SENTENTIAE



DE OTIO

▲ *Otio permulta in mores fluunt mala, quippe iuvenes praeter morem liberi immodece vestibus epulisque impendunt: insuper desidiosi ludo tempus terunt, remque domesticam pessumdat, id unum studentes se ornamenti splendidos, sermone sagaces callidosque haberi. Qui autem aptius mordet, maiorem sibi prudentiae laudem parit: postremo Ecclesiae praecepta despiciuntur.*

▲ *Viros rebus gerendis praestantes, ubi plerique otio indulgent, haud unquam reperies.*

Latine reddidit C. DEHO.

LUNAE IMAGO.



De stella quae terram nostram subsequitur recentiores astronomi vestigationes suscepere, machina praesertim usi gigantea quae in postrema artium recognitione parisiensi tot ac tanta, de luna praesertim, pollicebatur, et imagines retulere, quarum specimen heic exhibemus, brevissimas addentes animadversiones; nam facta commentationibus non egent.

Quum luna in nos directe pendeat a polo, quem occidentalem ei dixerim, dimidium eius tantummodo videre licet, et seu librationis causa, seu nutationis, uti vocant, septem ex quinquaginta partibus, quae superioris sunt emispheri, nempe orientalis, videmus. Montes ibi excelsi, profundissimae valles, barathri, abyssi sine more: haec omnia indicant Vesuvios ibi aestuasse vehementissimos, terraemotus immanes omnia fidiisse in solo, in campis, in Alpibus, quarum summa candens pulvis operit, incertum utrum cinis, an gelu. Aqua deest omnino. Aer, quo antea prorsus carere existimabatur, eireum

est, verum tenuissimus, qui si cum aere nostro comparetur, habebitur ceu $\frac{1}{900}$. Inde gelu perpetuum, quale vix mente concipiatur; nam calor est in proportione densi aeris; atque ideo gradus frigoris, qui in thermometro nostro esset = 0, illie esset sub 0 nonigentis gradibus.

Nullane ibi ergo vita? Laborat mens, laborat experientiae fides, ut illie vitam esse credamus. At quid si essent illie viventes ad incredibile frigus illud plasmati? Verum si rupe illie, et solum, et flammae, et conflagrationes montium exardentium, aqua pariter, vaporesque aquae esse debuerunt, sine quibus talia esse non potuissent. Ubi nunc ergo aquae, ubi vapores? Quis abstulit repente? Quo detulit? Ubi nunc delitescant?... Arcanum quod penetrare non possumus. Revelabitur forsitan; at nobis iam vita diu functis. Ceterum de lunae vita singularem inquisitionem brevi, si placuerit, hoc ipso in commentario aggrediemur.

M. LANI.

DE THOMA
VULGO

CENTENARIAS SO
bertio deque I
auspicio atque con
laude laeta iam F
mox Giotti, pictori
nos instauratoris a
omnis memoriam s
mento diceavit; ru
Guidi, *Masaccio* co
tificies clari, natalie
recordatio, incertus
proximi anni Decem
potius inito nunc ar
sententiam una cum
frator natu minor
Thomas is est, qui, C
maxime insignis me
eti Ioannis in opp
nuncupato natus, F
Obiit quidem flore
confectus, quod tra
lentiae eiusque for
insidias paratum.
habebant et Summ
sma e Medicea ge
plurimi, qui tune

Neque Masaccio
spectum, neque ex
lentissimum semper
dit; obtinuit revera
morum pictorum his
passim a circumst
videretur, totusque
tionibus esset addi
ipsius vita, neque a
observaretur, sed a
diligerebatur.

Pulehritudinis ex
mis ab unguieulis

iae
4658
4627
4604
4584
4553
4540


4514
4476
4437
4390
no circiter 4373

G. P.

SENTENTIAE

*t mala, quippe iu-
re vestibus epulisque
tempus terunt, rem-
un studentes se or-
ces callidosque ha-
rem sibi prudentiae
e praecepta despici-
s, ubi plerique otio*

ddidit C. DEHO.



Thomae Guidi, vulgo *Il Masaccio* pictura muralis. (Photographice expresserunt Fr. ALINARI, Florentiae).

DE THOMA GUIDI PICTORE
VULGO *IL MASACCIO*.

CENTENARIAS solemnitates de Ioanne Ghilbertio deque Donatello sculptoribus felici auspicio atque concordi cum omnium artificum laude laeta iam Florentina civitas celebravit: mox Giotti, pictoriae artis primi quidem apud nos instauratoris ac paene conditoris, Etruria omnis memoriam sacram voluit atque monumento dicavit; rursus autem hodie Thomae Guidi, *Masaccio* cognomine praecepue apud artifices clari, natalicia redit quinta centenaria recordatio, incertum tamen utrum delabentis proximi anni Decembri mense contigerit, an potius initio nunc anno dies recurrat. Hanc enim sententiam una cum pluribus Gaye, Gallus scriptor, secutus est, dum alteram ipsius Thomae frater natu minor suo testimonio confirmat. Thomas is est, qui, Giotti artis fervorem secutus, maxime insignis maximeque clarus evasit. Sancti Ioannis in oppido ex Arni fluminis valle nuncupato natus, Florentiae obiit a. MCDXLIII. Obiit quidem florenti adhuc aetate et veneno confectus, quod tradunt ab invidis eius excellentiae eiusque fortunae aemulis ultro ei per insidias paratum. Carissimum enim Thomam habebant et Summi Ecclesiae Pontifices et Cosma e Medicea gente, optimatesque regulique plurimi, qui tunc temporis Italiam regebant.

Neque Masaccium cognomen obtinuit in despctum, neque ex malitia, qui contra benevolentissimum semper erga omnes animum ostendit; obtinuit revera, ut Georgius Vasarius summorum pictorum historicus testatur, quia alienus passim a circumstantibus rebus vel personis videtur, totusque suis fictionibus et cogitationibus esset addictus, quippe cui neque sua ipsius vita, neque aequalium dignitas quidquam observaretur, sed ars una praे omnibus rebus diligenteretur.

Pulchritudinis enim universae studium primis ab unguiculis in eo illuxerat, quem vix

adolescentem Vasarius idem docet veris vivis que motibus homines exprimere coepisse, iuxta ea quae subiecta ipsa natura exhiberet. Inde factum est, ut opera eius ingenuarum artium in historia insigne tamquam monumentum de immutato pictoriae artis stilo habeantur, primusque reputaretur qui depictis immaginibus motus quodammodo vitamque communicaverit; idque eo, ut hand parum utilitatis Michael Angelus ipse atque Raphael Urbinas retulerint, quorum alterum minime puduit, muralem nostrum pieturam Protoparentes a terraestri paradiiso pulsos referentem, paucis vix immutatis, protinus exemplari ac suam facere.

Fuit etiam optimi ingenii atque perspicui satis iudicii: itaque probavit non omnes hominum figuram planis pedibus in solo stare, atque proinde errari passim ab aequalibus suis, qui semper stantes homines referrent, neque id immo obliquo pede, sed distento, veluti si ipsi pedum extremitati inniterentur. Quam in rem si iam antea Paulus Ucecellus, ipso Vassario teste, animadverterat, planiorenamque viam ad veritatem minus exprimendam straverat, Thomas multis modis variisque rationem hanc immutavit, coloribus retulit, obliquasque immagini quoquaversus ita expressit, ut ante eum fecisse neminem credideris. Molli autem atque suavi stilo viros effinxit, capitaque et vultus nudasque corporis partes cum vestium coloribus sapienti ingenio compositi, vestesque non praeter modum implicatas reddere studuit, sed prout conspiuntur passim, paucis cincillis plicisque turbatas, iuxta motus corporum.

Quae cum ita sint, assentior quidem Alexandro illi Chiappellio, qui Florentinae civitati honores singulares Masaccio his diebus suasit (1), id contendens ut iusta cumularentur gloria et Giotto et noster, novi stilli auctor princeps. Namque, licet illustri quoque artificio florarent Thomae aequales atque aemuli, eius tamen novitatem cum peritia coniunctam nactus est nemo. Erat

enim tunc Ioannes ille a Faesulis cognomine *Angelico*, Masolinus erat ab oppido Panicale, erat Gherardus Starnina, omnesque pro sua parte Giotti magistri ut artem perficerent varia fortuna nitentes; nullus tamen Thomae insolitam vim ingeniumque veritatis avidum plane redolet. Ceterum id satis ipsi aequales senserunt, inter quos referre iuvat Landinum Dantis adnotatorem, qui Masacci laudem nobis tradidit aeternam a Laurentio Mediceo expressam, et Lippium, Botticellum, Ghirlandaium, qui eius tabulas exemplo habuere. Eequid hue revocabo quae de Bonarrotio et Sanctio superius memoravi?

Aegre vero fatendum sive temporis cursu, sive incepta instaurantium manu, opera Thomae multa pessumdata prorsus hodie apparere: ex iis tamen unam prae ceteris paene integrum parietalem picturam lectoribus subiicere placet, ut suum ipsi ferant iudicium, illam dico qua Dominus Jesus effingitur discipulis circumscriptus Petrum apostolum alloquens ut piscis secesset, cuius in visceribus obolus Caesari venditus inveniatur. Jesus gravis vultu regalique supereilio, circumstantium discipulorum intenta variaque admiratio, loci adspectus, omnia denique unde pictura conflatur docent satis, aut ego fallor, quam longe iam post Giotti initia, ars pictoria nostra Masacci huius opera supremam versus metam profecerit.

A. COSTAGGINI.

EX GALLIA

Parisiensis regna profunda.

ECCCE, vivens viventibus adsum vobis; magno emenso itinere, de quo nec Fenelonio magni nos, nec Aligherio vos, nec Vergilio utrique fidem habemus, quamvis et scitissimi viri sint ii, et pietate spectabiles, et auctoritate graves, et eruditio, sapientia paene divini. Habetis me

redeuntem a faueibus Orci,

(1) Cf. Florentinum comm. *Il Marzocco*, an. VI, n. 51.

et inter emortnas a saeculis gentes versatum, ae diu versatum, non una me, sed Sibyllis pluribus eomitantibus, quae non Erithreæ, non Cumanae, non Samiae, non Persiae, non Helle-spontiae, non Tiburtinae, sed Anglicæ, Belgicae, Germanæ, Hispanæ, Helvetiae, Italiæ denique vocabantur. Addebat, quasi infernae regionis huius genii — Galli erant, — qui præibant, intererant, sequebantur funeralia tenuentes manibus aeternamque locis ineubantem noctem; picea fumidaque luce sanguinea dividebant, indignantesque tenebras dimovebant, quinimo aeterna silentia voce rumpabant, urbani tamen humanique daemones, quæ hispida setis barba non deerat, raucaeque voes erant, quamvis et cornutum caput, et anguineæ caudæ, et serpentipedum pellis conserta squamis, et hircina curva deessent.

Quasi animæ funetae vita mortali et subterranea regna quaerentes, undique gentium collecta turba mecum miscebatur, et nullo co-gente Charonte, nemine compescente modo, prout erat in hubito, maturabat festinans, quasi præceps, modo quasi consideratura restabat, haerebat. Ego autem, percusus novitate rerum, attonitus fere semper in his totus eram quæ per lugubres parietes apparebant; sed interdum quoque socias mihi Sibyllas contemplabar, nec unquam alia alibi tam conveniens inferis cohors visa est. Vix una, vix altera erat — mille hominum circiter eramus una abeuntis — quæ et Proserpinam et Plutonam et Cerberum non terrent; utrum hoc fieret ex luce funeralium, an mortuo regionis aëre, mihi incertum adhuc;

21

FABULAE SELECTAE FONTANII
A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE
PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS.

VI. VACCA, CAPELLA, OVIS ET LEO.

Iunxerunt foedus capra, bucula et agna sorores,
Quique dabat silvis iura superba, leo;
Commoda partiri placet atque incommoda. Cervum
In laqueis reperit laeta capella suis.
Fida vocat socios; rix avenere, per ungues
Coepit terrificos sic numerare leo:
— « Ad praedam, socii quatuor conrenimus unam;
Quatuor in dotes partior ecce feram.
Pars me prima manet, quia rexque leoque salutor;
Litibus ambiguis hic via nulla patet.
Altera iure mea est, quia cunctis robore praest,
Tertia belligerum me decet imparidum.
Denique si quartam quis restrum tangere fidat,
Huic ego mox fauces vindice dente molam».

VII. PERA.

Iupiter haec quondam: — « Vitæ quicunque potitur
Munere, nunc solium prodeat ante meum.
Fas impune queri: sua queis fortasse placebit
Forma minus, dicant; accipientque noram.
Simia, sta coram! quamquam non ordine prima,
Prima tamen (nec abest causa) sinere loqui.
Specta quidquid adest animantium; conspice dotes
Hisque tibi data, ac meliora lege.
Tene iurat species tua? » — « Menè? satisque superque:
Utor, ut hi, pedibus quatuor, haudque minus.
Me mea nil facies offendit; frater at ursus
Quam crasso constat corpore, quamque rudi!
Ille quidem, si quid sapiat meque audiat, ora
Haec sua pictori non referenda dabit». —
Simia cum tacuit, questurum quilibet ursum
Crederet; at placuit ipse perinde sibi;

squalidae facies, angulosae, luror ubique in vultu, in manibus; et decolores vestes, et sine more modo fluentes, dimissæ, infirmæ... Sexcenta adiectiva adderem, quae convenientia eorum sole non viderentur; at illie ad ungues consona factis apparebant, mirante me ceteros quod sic esset, et mirantibus, credo, quoque ceteris quod sic esset etiam de me. Lugubria omnia, et ferme circum flentia: solum, fornices, parietes, mortui, viventes, et, ni fallor, vagantes circa nos animæ defunctorum illie

suspensæ ad ventos,

ut Vergilius ait, aliquid admissorum seclerum ante Elysios expiaturaæ.

Horror ubique animos simul ipsa silentia

terrebant, et si quando vox insonuisset, terribilior silentio sonitus erat, tum si stare iubemur, tum si iuberemur abire; nam hue illue cæci anfractus tenebrosaque hic illie hiantes rietu horribili cavernæ ex profundis suis voces horrendas echo reddebant multiplici, tum debiliores, tum languidas, quasi ad singultus et gemitus compositas.

Vos ego credo mirari quid sit de me, quod ita scribam, et cogitare de me quae et cogitare potestis et exprimere non velletis, quae et ego cogitarem tacens de vobis si ita, ut ego nunc, scribentes legerem, loquentes audirem. Fateor tamen et esse vera haec omnia, quae narro, et vidisse, et, quod magis est, sensisse, horruisse, quia vivus interfui, ac notavi tartarea illa sub luce brevi in chartula, quae pe-

ritura a mente timebam; cetera memoriae credidisse fideli, et saepe recogitasse, ut nil veritatis decesset iis quae vobis exponerem. Vobisne? Vobis, inquam; vestra enim recordatio me nunquam deserit, et in negotiis meis, vel gravissimis, nunquam submergenda supernat. Sie et me sequebatur per inferna gradientem, et monebat, instabat, urgebat opportune, importune ut singula notarem, si aliquando datur

remare gradus superasque eradere ad auras,

vobis omnia et singula narraturus. Iudicate nunc vos an inter fatuos sim religandus ego qui vos ita diligo, et in summis constitutus angustiis, vel potius...

Amens ego, qui tria ettararum millia pedes emensus sum, per ducenta et sexaginta chilometra viarum sum vagatus, nocte illa sempiterna tot horis obrutus sum; sapientes vos qui coram puleherrimo sole italicico, in ista Roma vestra, quae arx est Musarum omnium, et lux orbis terrarum, inter simulacra, signa, tabulas, quae viva videntur, inter vivam gentem, quae elegantia, vultu, incessu, specie digna tabulis et simulaeris est, versabamini! Credo quidem vos me sapientiores fuisse, qui lucem tenebris, solem nocti illumi, vivos mortuus præfertis, dum ego per invia diurno lumini loca peregrinatus nondum a me moerorem, et aliquid funebre a me depuli; plures autem ab hoc — præclaro mehercile! — gesto abierte dies. Nam si quando vos premat ea cura, recursetque amor videndi loca, in quibus maiores vestri heroes illi, qui

Immo non modicis effert se laudibus, atque

Mordax immensus sic elephanta petit:

— « Esse brevi cauda, nimis auritum, neque mole
In tanta minimum posse nitere decus ». —
Est elephas sapiens; eadem tamen ipse locutus,
Balaenam nimium censuit esse gravem.
Rideat mox acari formica lerissima membra,
Cui collata, gigas grandior emineat.
Iupiter, alternis ut se lusere carillis,
Cetera contentus, cedere quemque iubet.
Ast hominis patuit maior dementia, qua fit
Lynceus in reliquos, talpa sed orba sibi.
Fratribus haud unquam, nobis sed parcimus usque;
Impare metimur nos aliosque modo.
Quos nunc fert tellus, et quos tulit ante, supremo
Imposita est cunctis a Patre pera duplex:
Quamque aliena gravant ritia, hanc præ pectore ponit
Iussit, et a tergo quam mala nostra replent.

VIII. MUS URBANUS MUSQUE AGRESTIS.

Urbanus quondam mus muri dixit agresti:
— « Dulcia perdicim sunt mihi frusta domi;
Si racat, optatus mecum conviva recumbet ». —
Nec mora: purpureo mensa tapete nitet;
Lautius hic epulum celebratur, et o ut inempta
Musculus haec geminus ferula dente petit!
Ast aliquis coenam, subiens, obturbat opimam;
Musque simul crepuit limen, uterque fugit.
Composito strepitu, reddit hospes et inquit: — « Amice.
Eia age, reliquias nunc licet esse dapum ». —
Rusticus huic paritans: — « Urbanae sint tibi coenæ;
Tu mea eras potius fronde tecta subi.
Non mea regifco splendebit, ut haec tua, luxu
Mensa; sed instructam nulla pericla manent.
Appositus ressor securus: rana facessant
Gaudia, sollicito plena timore. Vale ».

IX. LUPUS ET AGNUS.

Huic melior causa est, euicunque potentia maior:
Hoc docet adducto fabula nostra lupo.

Aestivam relevare sitim rix cooperat agnus,

Quia vacuas limo rixas agebat aquas.

Huc accessit item iejunus, ovesque cruenta

Innocuas solitus fauce vorare, lupus:

— « Unde tibi — clamat lupus — haec audacia, nostros
Ut turbes potus? quae tamen ausa lues ». —
— « Ah! parce irasci, rex maxime, — laniger inquit, —
Inferior rixas deliquit ecce mihi;
Te, fonti multo propiorem, perluit unda
Illimis, labro non temerata meo ». —
— « Undam tu certo temerasti; teque recordor,
Ante hos sex menses, probra tulisse mihi ». —
— « Qui, needum natus, potuisse? — laniger inquit; —
Paseit adhuc tenero me mea lacte parens ». —
— « Quando negas, frater fecit ». — « Non est mihi fra
[ter] ». —
— « Surculus ergo aliquis stirpis, amansve, tuae.
Nam me vos, mala gens, vestri dominique canesque
Laeditis assidue: damna ferenda tibi ». —
Nec plura: innocuum speluncam raptat in imam,
Hic item iudex dente furente secat.

X. LATRONES ET ASINUS.

Saera duos inter ferrebat rixa latrones;
Rixæ fons asinus, quem rapere simul.
Hunc serrare alter fuit, alter vendere: creber
In latus inque genas pugnus utrinque volat.
Tertius accurrit latro, pugilesque priores
Anticipat solers, arcadicumque rapit.
Saepe rives asini gerit urbs, prorincipia, regnum,
Cui plures cupiant imperitare duces.
Turca parit genus hoc Dacusque Hunnusque latronum,
Pro geminis subeunt nomina trina mihi:
Namque hac meree mala seat orbis; saepe triumque
Raptorum nullus rapta tenere valet.
Accurrit quartus latro, litemque resolvens,
Ancipitem praedam praeripit ipse sibi.

(Ad proximum numerum).

nunc « Ma
piterna su
tem fueru
sese recep
descendit
nomina in
millenniis,
optimas pe
per testim
simum est
« Cataeu
hactenus,
nem feci —
insignem l
scelerum
patrantium
aut male
contra rig
vindices i
ciunt, Paris
invisit sem
invisit sem
virtutis et
a superiori
in inferiori
renum, aë
et aedificia
ab inferiori
venas, mo
libus in su
sepulera co
haec, qui u
qui nunqu
dum hanc
neminem p
enim decus
est, et quot
manitatem,
mores, arte
Nunqu
tetia Paris
Vix faci
qui narrare
rum invis
fere nemo
visurus; ex
disciplinis,
archeologie
Singulis
die, in cata
Nec tamen
ribus quiet
niā conce
Fit itaque g
turmaque n
intra duece
teros. Inter
cereum fer
euque a p
ex denis fe
quinque es
hic Italus, i
alibi, alibi
alibi Turea
ille, luecent
praeter ami
hora debit
agmine du
cipit in in
ingressus es

memoriae cre-
sse, ut nil ve-
xponerem. Vo-
num recordatio
otis meis, vel
enda supernat.
na gradientem,
opportune, im-
aliquando da-

re ad auras,

turas. Iudicate
religandus ego
mis constitutus

um millia pedes
sexaginta chilo-
pientes vos qui
in ista Roma
omnium, et lux
signa, tabulas,
gentem, quae
digna tabulis
Credo quidem
lucem tenebris,
praefertis, dum
ea peregrinatus
iquid funebre a
— praeclaro
Nam siquando
e amor videndi
heroes illi, qui

et agnus,
uas.
cruenta
pus:
audacia, nostros
a lues».
laniger inquit, —

inda
recordor,
se mihi».
laniger inquit; —
e parens».
Non est mihi fra-
[ter]. —
amans, tuae.
inique canesque
tibi». —
aptat in imam,
rat.

nus.
ones;
simul.
lere: creber
inque volat.
riores
cipit.
cia, regnum,
ces.
inusque latromum,
a mihi;
s; saepe triumque
let.
olvens,
e sibi.

nunc «Martyres» cum Christo in gloria semperna sunt, vel in pace compositi post mortem fuerunt, vel a persecutoribus abeuntes sese receperunt, vestras ubi in «catacumbas» descenditis, quas magnorum memoria factorum, nomina ingentia, pietrae, quae, fere a duobus millenniis, artem testantur, assurgitis animo optimas per artes et studia, per documenta fidei, per testimonia veritatis, per quidquid sanctissimum est.

«Catacumbae Parisienses» — nam de iis hactenus, quasi arcane velo obvolutus, sermonem feci — nihil huiusmodi praferunt, praeter insignem latitudinem et horribiles recordationes scelerum patratorum, scelestorumque infanda patrantium, quibus illae, diu ignotae ceteris, aut male cognitae saltem, fuerunt refugium contra rigorem legis, et contra satellites laesi vindices iuris. Hinc Romanae catacumbae alliciunt, Parisienses amovent homines; qui vestras invist semel, decies visurus redibit, qui nostras *invist semel, non redibit visurus amplius*. Gloria virtutis et fama pietatis, et reverentia religionis a superiori urbe viva, iucunda, deliciosa attrahit in inferiorem urbem; dum vicissim caelum serenum, aer purissimus, monumenta maiorum, et aedificia recentium, templa, palatia, fontes ab inferiore urbe in superiore revocant advenas, mox iterum a templis et foris subdaliibus in subterranea tempula illa, in vias, in sepulera celeberrima retrahendos. Credite mihi haec, qui utraque expertus sum, ac talis habeor, qui nunquam a veritate dimoveatur, etsi interdum hanc grave est dicere ac profiteri. Sed neminem pudebit Romae cedere palmam; honor enim decusque matris, honor decusque filiarum est, et quot sumus Europae gentes, totidem humanitatem, cultum, religionem, scientiam, ius, mores, artes inde accepisse fatemur.

Nunquam antea ego adieram; et in ipsa Lutetia Parisiorum

Vix facile invenies multis in millibus unum,
qui narrare possit se intrasse, invisuisse; at iterum invisisse neminem; dum contra apud vos fere nemo est qui non adierit, qui non redierit visurus; ex iis autem qui optimis ereditate se disciplinis, et artibus, qui disciplinas historicas, archeologieas, theologicas colunt, omnino nemo.

Singulis mensibus, primo ac tertio sabbato die, in catacumbas nostras patet aditus populo. Nec tamen enivis; insecio namque praefecto moribus quietique publicae tuendis, et eundi veniam concedente scriptis, fas non est accedere. Fit itaque globus in platea *Denfert-Ronchereau*, turmaque numerat, iuxta anni tempus, homines intra ducentos et octingentos, fere omnes exteriores. Inter octingentos igitur et ipse; singuli cereum ferebamus; monet enim de hoc data cuique a praefecto chartula. Credite, si cohortes ex denis fierent, in unaquavis anglice loquentes quinque essent, tres germanice, reliquias unus hic Italus, illic Lusitanus, alibi Gallus, Hispanus alibi, alibi Graecus, alibi Moschus, alibi Danus, alibi Turca. Iamque aliquid lepidum est coetus ille, lucente die, cereos extintos manu gerens, praeter amicitiam congregatus. Custodes adsunt hora debita; fores aperiuntur, et singuli ex agmine dum intrant cereos accendant, et incipit in inferiora terrae descensus. Ubi ultimus ingressus est — nam longo agmine proceditur,

non enim scala, non inferiores cuniculi metro uno ac centimetris triginta latiores patent — clauduntur, firmanturque

converso stridentes cardine postes.

Binis angustia loci non datur incidere; itaque unus post alium inus: dextra laevaque arenae; parietes albicant quadam terrae, vel potius arenae natura per quam deductae sunt, et vari agitantur sermones a custodibus praesertim, qui narrant haec omnia Iuliani Augusti Apostatae iussu copta esse fodii, thermas aedificantis; inde arenas, lapides, cretam elatos ad exstruenda quaeque superioris urbis. Postea quaeque relictia, neglecta; facilius enim e sub dio singula illa trahebantur. Sie per duo circiter chilometra abimus, iamque nulla viae mutatio, nulla rerum varietas taedium gignit, et fortasse sollicitudinem ingratis, nam raucae custodum voces annuntiant: viginti super imminent, triginta super ingruunt soli metra. Sive fastidio callis angusti, sive quia fas non est anteire, sive ex crasso et humido aere, anhelamus. Prout experiebar ego, ita expertos et alios fuisse credo, nam reverentia nulla loci est, ideoque dicta interdum levia, interdum decentia parum; stomachari omnes; certe ego.

Tandem aliquando aula quaedam patet spatio; vestibulum ossarii magni est. Quum enim dehiscente solo, et superiora aedificia domosque deglutiante, magistratus ad seruantam causam ruinae mathematicos viros misissent, hi, non mediocriter mirati quae erant, partim de substructionibus aedificandis ne urbs penitus dilaberetur, partim de locis ad ossaria adhibendis decreverunt. Hinc e coemeteriis singulis eruta ossa, et hue allata. Inter sexaginta et nonaginta centena millia cadaverum reliquiae disponuntur in ossario ipso lapidibus distinctae, quibus narrantur quo sint coemeterio deductae. Cuniculus ossarii satis est amplius, qui circiter quinque metris est a pariete ad parietem, tribus vel quatuor a solo ad fornices. Quasi macteriae ritu tibiae, calvaria hinc et inde ad parietes adstrueta sunt, et madida ossa stillant, propterea quod nonnulli exclamant: «Aedepol! in otio sunt et sudant!» — Alii: — «Atqui supremi iudicii die, canentibus tuba angelis, quanta hic confusio quaerentium ossa propria!» — Sunt qui, novae nuptiae ex his, dentem, aut ossiculum rapere non dubitent a mortuis, et secum inde ferre in ultimas Europae oras, quasi amuletum... Ego indignabar.

Progradimur hoc modo centum et centum per metra... Quis numeravit? Indignabundus certe non numeravi ego, quem angebat neminem esse qui preceret daret pro mortuis, qui pacem invocaret, et in mentem illa Psalmistae redibant: «Et non dixerunt qui praetererant: benedictio Domini super vos!» Tandem aliquando ad portam egressus consistimus, et, sealis ascensis, in forum, cui nomen a *Dareau* eru-

Proh quanta caeli, solis, aeris, vitae pulchritudo, si comparetur silentio, lurori, et miseriae illius inferae domus! Et mihi Nestorei, Noetici, Mathusalemae anni dentur! Non redibo in profunda illa unquam. Nonne videtis? Vieillotius vester, cui festive scribere, iucunde loqui semper fuit, nunc aret, nunc moestus est, nunc... Sinite me abire ad confortanda pe-

ctora vino italicico vestro, Romuleis edito collibus, cuius empta sex dolia nuper ad me pervenerunt. Grates habeat hic redditus amicus, qui optima elegit, et quam citissime misit.

A. VIEILLOT.

ANIMALIA MIRABILITER DEMIGRANTIA.

NEMINEM credimus latere posse qua causa plurimorum animalium de loco in locum quotannis demigratio fiat, qua causa certo tempore quotannis accidat, qua sit causa quotannis certo pariter mense reditus. Satis explicasse omnia plerunque videamus, si dixerimus hoc esse ex ineluctabili necessitate cibi, cuius defectu premuntur, urgentur; et quis fami instanti resistat?

Non tamen omnia nitent; subsum enim plerisque in factis, quae inexplicabilia passim habentur, cum notiones in animalibus indicent, immo sapientiam ostendant, quam homines, etsi consilio, intellectu praediti, longo saeculorum decursu vix adipisci potuerunt. Ut rem ad communia et fere quotidiana feram, in promptu causa est, qua alaudae, motacillae, turdi e monitos in planitiem, expellentibus nivibus, gelu, ventis, descendant mitiorem aërem, ciborum copiam quaerentes; at nihil ex hisce dabit quod conveniens existimari hirundinibus et coturnicibus possit, quorum demigrationes indicant inesse iis commune consilium, astronomicam et geographicam scientiam, leges denique, quibus regantur, congregentur, deducantur ad transmarinas regiones, quas pleraque ex illis nondum viderunt, quippe ortae in regionibus nostris aestate nupera. Quis convocavit ad litora maris? Quis monuit ne, adversis ingruentibus ventis, iter suscipiant? Quis ut in ripis morentur, donec non modo propriae sint viaturis aurae, et secundo flamine vehantur, sed harum tamdiu perseveret halitus, quamdiu sufficiat ut optata terra potiantur? Et quis ita moderatur abeuntes, ne aberrent a proposita meta, dum subter, circa nihil appetat, praeter immensos et uniformes caeli marisque tractus, idque interdum, idque noctu? Numquid siderum adspectum, vicesque norunt?

Haec instinctu fieri dicimus, qui pars quaedam aeternae Providentiae est, qua, etsi minima, servantur, diriguntur, qua in numero, pondere et mensura singula disponuntur et omnia. Sed nonnullis placuit amovere Deum, et sine ipso adstruere, quae mira contingunt. Quem in labore, audace quidem, Darwin et Wallace incumbentes eo devenerunt, ut adstruerent migrationes huiusmodi ab animantibus iam inde fuisse susceptas, quando sensim et pedetentim de die in diem a rigidioribus regionibus in mites temperatasque descendebant: retro vestigia rerum referrent, ubi, veris adventu et aestatis, minus aestuosa, quae iampridem liquerant, loca requirerent. Sie quae Apennina iuga incolebant aves, autumno veniente caepta sunt linqui, Apuliae et utriusque Campaniae cooptae sunt frequentari planities: hieme autem altius et vehementius urgente, quae nunc sunt sub Tirreno mari et Siculo, et Ionio, tune nondum pelago obruta loca, habitabant, et Africam usque tepidiorem petebant.

Ita millennii actum; assuetumque migrationibus huiusmodi genus omne. At ubi ex Gaditano freto irrupto Oceanus, dehiscentibus terris, quae inter Mauritaniam, Hispaniam, Libyam et Italiam sunt, ubi

*Piscium summa genus haesit ulmo,
Nota quae sedes fuerat columbis,
Et superiecto parvidae natarunt
Æquore damae,
Omne dum Proteus pecus egit altos
Visere montes;*

cum assuetae migrationibus terrestribus voleres loco terrarum undas invenissent, pennis ereditate sese, et longe separatam undis reentibus Africam quaesiverunt. Eadem circa redditum gesta sunt; atque ita migrationes huiusmodi non sapientia servatoris Numinis, non praeluciente instinetu, sed easu obvenerunt; dein usu et habitu, quasi naturali quadam lege constituta, steterunt. atque migrationis annuae leges singulas avium species, olim tantummodo errabundas, vinxerunt.

Quidquid fuerit, miror hosce viros illa vidisse, quae tot saeculorum millibus antea acciderunt, illa scivisse, quae monumentis nemo tradidit, quae nemo scivit ante eos; at graviori haec opto firmata argumento. Non enim me movet gratuita hypothesis, quem unice, quoniam de factis agitur, evidenter facti moveret.

(Ad proximum numerum).

P. ALEXIS.

ANNALES

Anglicae atque Transvaalianae res — Venzuelana discrimina — Chilensis atque Argentinae gentis incerta pax — Novi anni auspicia.

Rosebery, Anglus vir nobilissimus optimus que sua de republica meritus, novam orationem Swansea in urbe habuit, qua, licet de municipalibus rebus tantum disseruerit, Anglicas animadversiones, easque nec paucas nec leves exitavit, ita ut *Times* ipsum diarium ad hanc sententiam pervenerit, civium factioni frequentissimae fore perquam optatum, ut gubernantibus in praesenti viris aliquis opponeretur patriae studio ingenioque vir satis dignus, qui eorum officium, ipsis abdicantibus feliciter esset resumpturus. Neque iniure quidem: prae-nunciant enim passim hodiernos administratos e munere recessuros, post novissimas praesertim elades, quae ultima ex Africa innontu.

Kitchener enim ipse dux docuit inter primam Damant tribuni aeiem, ad Tafelkop in Orange finibus, atque Boerorum cohortem commissum proelium, indeque Anglos non sine clade dissexisse: mox iterum sequenti die Dewet dux ad Twefontein loeum Anglici castra quae centuriae quatuor posuerant inopinato in cursu petiisse, superasse, militesque captivos duxisse.

Quibus plane cognitis gravior in dies Anglorum popularium animi ita commoventur, ut mirum non sit Rosebery verba grata plurimis insomnis, quae Transvaalianum bellum iusta pace esse concludendum suaserunt.

*

Ob ortam discordiam de ferro itinere Venzuelam inter et Caracas urbes, cuius de iuribus opifices inde, hinc Venezuelani magistratus de-

certabant, militari manu stationes occupatae sunt, atque commercium plane praepeditum. Atqui, cum illud ad sternendum iter Germanorum privata pecunia magna copia erogata fuisset, dictabant diaria a Germanico Cæsare Venezuelanis administris imperatum, ut copias removerent solutumque iter relinquenter. Haec tamen quippe quae falso asserta Berolinenses protestati sunt: quamvis re vera constiterit bellicas naviculas duas a Germanis ad Venezuelana littora esse missas. Simul vero ingravescit in dies huius reipublicae conditio. Lucianus enim Mendoza Caratobo civitati praeses adlectus est; Antonius Fernandez autem et Latosoky, bellicae rei ministri, in perduellum factionem contra Castro praesidem defecerunt; quibus Mattos quoque dux sese suasque copias iunxit.

*

Argentinorum contra atque Chilensium dissidia firma in pace componi visa sunt. Utriusque enim reipublicae legati sua subsignatione novum foedus probaverant, quo statutum fuit ut a regionibus finitimis, de quibus quae-stio erat, utriusque copiae recederent, resque in statum quo ante iterum reducerentur. Cum vero addendum esset ut de earum regionum dominio deque viis per eas sternendis Anglicis arbitris sententia remitteretur, innovatae irae suspicionesque, utriusque ad bellica consilia redditus ita ut Argentinis administris iam datum negotium fuerit naives instruendi novasque conscribendi legiones.

*

Haec dum tristi fato parantur, apud omnes Europæ atque Americae reges et imperatores et praesides orientis anni auguria renovata sunt in audiencie solemnibus, inque litteris, quae inter maximi ponderis visa epistola Loubet Gallorum praesidis ad Russorum Caesarem, itemque responsio a Nicolao ipso data. Animadversiones pariter hinc inde excitatae ob orationem a Gallorum legato Romæ habitam, unde plures intulere Galliam nihil in posterum esse obiectoram, si Itali locum aliquem Tripolitanae regionis tenuerint. Iam exitus acta probabit!

POPULICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS

In Austria coepit de summa expensarum disputationes. Dum haec habentur, Czatorycki princeps acriter protestatus est de iniuriis Polonis adolescentibus in Germanicis scholis inlati: eius in verba Berolinensis diaria vehementer animadverterunt.

In Bulgaria Karavelow administro eiusdem sociis a munere recessentibus novum administrorum collegium est suffectum, cui Danew, vir notissimus, praest.

In Gallia post eloquentissimam Weldeckii praesidis orationem summa expensarum pro religione erganda adprobata est: modo ad reliquas expensas examinandas gressus fuit.

In Germania de novo vettigali imponendo ratio ad delectos ad rem legatos proposita.

In Italia grave fuit, cum agitaretur quæstio de meridionalibus provinciis adiuvandis atque publice ope angendis a Ferri, socialistarum oratore, in eas provincias iniuriam fuisse dictam: orator censura captus ex aula discessit non sine tumultu suorum. De quibusdam vettigalibus minuendis lata insuper est lex. Nunc feriae indictae.

In Lusitania cum novae utriusque coetus sessiones resumerentur, regia oratio pacem cum exterris gentibus confirmavit, et Lusitanam coloniam in australi Africa inter flagrants bellum inviolatam mansisse.

In Serbia bellicarum rerum minister electus est Basilius Antonic, apud Czerna-gorae principem sue gentis hue usque legatus.

SCRIBA.

LIBRORUM RECENSIO

Le favole di Fedro con commento e vocabolario del Dr ERMENEGILDO DE MICHELE. — Neapoli, ex off. Michaelis D'Auria, 1902.

Phaedri, Augusti liberti, fabulas Æsopianas velim adolescentum ingiter in manibus, iugiter ore versari, saepe familiaribus in colloquiis etiam recurrere; at velim pariter, ut, qui tali dant operam poetae, illo libro uterentur, quem eruditus vir Dr Hermenegildus De Michele conscripsit nuperrime. Quem quidem non inferior plurimos per commentatores insignes, — eur non dicam: omnes? — diu pervagatum optima elegisse e bonis, ut optimum conficeret opus erudiendis adolescentulis tradendum; at hic video virum magna laude celebrandum; non enim cuiusvis est optima e bonis eligere, quippe interdum favore rapimur, interdum amicitia indulgemus, interdum suadenti indoli more gerimus, vel non volentes, dumque optimum sequi credimus, sequimur nosmetipsos tantummodo. Plura in libro laudabilia sunt; non commorem nitidos characteres, seu notas, fere dicam carentes omnino erroribus,

quos aut incuria fudit,

Aut humana parum cavit natura;

qui tamen dum præolo datur opus, nescio quo fato, irrepunt serpentino more, et fraude irrecusibili; dicam omne tulisse punetum commentarium, quod subest unicuique fabulae, in quo nec *etymon*, nec *animadversiones* in dignioribus dicendi modis, nec *analysis*, neque comparationes cum similibus locis unquam desiderabis. Omnia subiectuntur opportuna, idonea, apta, clara, concinna; totusque liber is est, a quo fructum percipere possint egregium et magistri et tirones. Illi enim in brevi habent, quod per longas librorum ambages, neque tamen semper hinc, illinc haurient; hic sub ipsa pagina, locoquo sub ipso, quod ne quaerendum quidem putarent. Egregium sane opus est, quod spes erigit nostras, dum alia huiusmodi opera ab eodem et scriptore exspectamus.

H. P.

AENIGMATA

I.

Nescio mutari: recte seu lecta retrorsus
Non cesso fauces ureare saeva tuas.

II.

Est mihi rho duplex? Et robur findere par sum.
Est mihi rho simplex? Sedula clando fores.

F. PALATA.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet PETRI ANGELINI opus, cui titulus

DE POETIS ET NUMERIS LATINIS.

Aenigmata an. IV, n. XXII proposita his respondent:

1) Cor-pus; 2) Testa-mentum.

Ea rite soluta miserunt:

Quinti Mirti della Valle; Th. Vignas Sch. Piar, Roma. — Ios. Wabner, Varsavia. — Prince Gordon, Manevicio. — Ver. Cariolato, Vicentia. — Honoria a Treppio. — Fr. Altobelli S. L. Neapoli. — Eug. Sosio, Bormio. — G. Langenberg, Monasterio Guestph. — Lud. De Rubels, Igurio. — Ad. Skrzypkowski, Scinice. — Herm. Gini, Taurini aquis. — Am. Robert, Marleville. — Ang. Roberge, Chicotino. — Ad. Huza, Grybovia. — I. Szymaitis, Opitolokis. — Aug. Mager, Seccau. — Petr. Garrone, Pessana ad Verceilas. — V. Hertel, Mendusto. — Car. Stegmüller, Sabaria. — G. Maurer.

Sortitus est praemium

AUGUSTUS ROBERGE,

ad quem missum est opus, cuius titulus:

DE RECTA IUVENUM INSTITUTIONE

Oratio JOSEPHI DI GENNARO.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina *Paesi* Phil. Cuggiani.

riusque coetus ses-
o pacem cum exte-
tanam coloniam in
bellum inviolatam

administer delectus
na-gorae principem

SCRIBA.

CENSIO

omento e vocabo-
CHELE. — Neapol.

as Esopianas velim
iugiter ore versari,
etiam recurrere; at
operam poetae, illo
Dr Hermenegildus
e. Quem quidem non
res insignes, — cur
gatum optima ele-
ret opus erudiendis
video virum magna
iusvis est optima e
avore rapimur, in
erdum suadenti in
entes, dumque opti-
osmetipos tantum
sunt; non commen-
notas, fere dicam

ia fudit,
it natura;
s, nescio quo fato,
nde irrecusibili; di-
tarium, quod subest
ymon, nec animad-
modis, nec analysis,
us locis unquam de-
ortuna, idonea, apta,
s est, a quo fructum
gistro et tirones. Illi
ongas librorum am-
illine haurirent; hi
quod ne quaeren-
sane opus est, quod
modi opera ab eodem
H. P.

TA

ta retrorsus
eva tuas.

er findere par sum.
ula clando fore.

F. PALATA.
enigmatis inter-
ii moderatorem
s, unus, sortitus,
NGELINI opus,

s LATINIS.
ita his respondent :
mentum.

s Sch Piar, Roma. —
on, Mancunio. — Ver-
ppio. — Fr. Altobelli
— G. Langenberg, Mo-
giovio. — Ad. Skrzyp-
aguis. — Am. Robert,
o. — Ad. Huza, Gry-
ng, Mager, Seccau. —
V. Hertel, Mend-
G. Maurer.

STITUTIONE
ENNARO.

AMPI, iurisperitus.
hil. Cuggiani.

CONSTANTINI PISONI CANDELARUM AD SACRA OPIFICIUM EXCELLENS, PRAEMII INSIGNE


ab anno MDCCCHI constitutum

Romae in Italia, Corso Vittorio Emanuele 127-129 et Via de' Sediari 1, 2, 3.

Vaticana Basili-
cam instruit, quoties
de Beatificatione aut
Canonizatione so-
lemne sit.

Clientes frequen-
tissimi sunt in Urbe,
in Italia et apud ex-
teras gentes.

Fama
undique manavit.



Cereas faculas ad
noctem conficit, eas-
que ad decem usque
ac duodecim horas
diurnas, Ecclesiis
ac familiis necessa-
rias, quod pars
moniam cum salu-
britate et munditie
coniungant.

Vitrea
faculis suppediat.

OPIFICII PISONI PROSPECTUS
ROMAE, Via Orti Alibert 13-15 (Lungara).

Res per omnem orbem exportatur nullo iubentium impendio

VARIA

«Stereocomparator».

Varren de la Rue gallus «stereoscopic» rerum astronomicarum in usum primus adhibuit; deinde plures physices doctores in id intenderunt, ut machinas ab eo fabricatas perficerent ad imagines plenas magis nitidasque referendas. Recens Pulfrich, Ienensis magister, huiusmodi novam invenit, quam «stereocomparatorem» nuncupavit, Max Wolf autem utilissimam declaravit, quippe quae ad parvas stellas errantes photographice reddendas apta esset. Duobus «microscopis» constat, at resolutis et altero alteri proprius dispositivo ut binis oculis uno tempore animadvertere liceat in laminae segmenta, observationi eo modo subiecta quo in communis stereoscopio utimur. Microscopia fulero prorsus firma innituntur, ac laminae quaque ad photographice agendum parata nullo labore undique libera ex se atque soluta amovetur, dum contra simul ambo conferri possunt in microscopii utriusque campum. Itaque quod horum machinamentorum primum descripsimus efficit ut imagines oibus oculorum retinis optime respondeant; altero observationis punctum deligitur. Hoc ritu Wolff potestas fuit et maculis siderum quae nebulae appellamus, et solis lunaeque defectui, et sueulis aliisque constellationibus studendi; iamque ex stereocomparatore nova inventa in caelestibus exspectantur.

Musica organa ex portulaca.

Mirum quid apud Saxones pariter nunciatur ex portulaca fabricatum. Meissen in urbe omnis generis ex hac materia musica organa confiuntur, quae longe praestantiora ligneis pre-

dicantur. Portulaca enim vi maximi sonitus praedita est, isque editur dulcis, plenus, stridere aut asperitate omnino carens. Quibus si addideris venditionis pretium minimum, haud difficile erit vaticinari novam hanc industrem artem prospera quam decet fortuna brevi frumentarum.

Ioci.

Custodes fluminis.

Flumen sine ponte est, at, praesertim ab equitantibus, vado transitur. Advenit obequitanum turma, et in agmen aquarum victura procedit. Erat inter eos quidam, qui aquam, veluti lymphatus, horrebat. Compescuit in ripa fraeno maturantem ad socios quadrupedem, et custodibus, qui stabant ut pedites humero prætervehenter: — O vos — inquit — num fuere quos flumen transeuntes abripuit? — At illi: — Procede securus, Domine mihi; nam quotquot furcifer hic fluvius impetu abstulit, biduo semper, vel triduo ad summum a nobis reperti sunt. Laeto procedas igitur animo, nam biduo, aut triduo reperiemus et te.

Custos incorruptibilis.

Fulicus, portarum custos miles, vectigalibus exigendis circa inducta cibaria praefectus, Arodium audit, qui veniens fatetur se habere in carro dimidiatum porcum saginatum, quaeritque quid pro vectigali debeat aerario. Superciliosus Fulicus, et gravem in re scientiam ostentans: — Si mortuus, quindecim da libellas, et ingredere urbem; sin autem vivus, nec te, nec illum intrare sinam; obstat lex; et, illuc unde venistis, redite. Sum vigil et custos incorruptibilis!

P. d. V.

EPISTOLARUM COMMERCIVM

SOCIS OMNIBUS qui pro sua humanitate in orientem annum ultra nobis laeta omnia obtulerunt gratias amplissimas ex animo habemus et reddimus.

Cl. v. E. B...., Argentorati. — Numne subnotationis prospectum attente legisti? Photocromia illis sociis tantum praemio tribuitur, qui novum praeter se subnotatorem proveraverint; i. e. qui duas subnotationes misserint, suam et alterius, qui antea socius non esset.

Cl. v. Ios. W...., Neo-Eboraci. — Et tu quod E. B. superius dixi lege. Cum itaque trium subnotationum pretium remiseris, tuum scilicet AL.... Ho... et GE.... DER...., non photochromiae tres, sed duae a nobis debebantur.

Cl. v. Io.... NA...., Mediolani. — Gaudeo quod donum sit tibi probatum. A collega tuo, quem socium habere honori ducimus, scripta in commentarii nostri decus proeures, quaeo.

Cl. v. Rog.... LEC...., Caesaroduni. — Obstrepenentes ranas in palude linquimus!

A. SECRETIS.

LIBRI RECENS DONO ACCEPTI

IOANNIS BAPTISTAE FRANCESIA Brevis narratio de Ioanne Bosco Sacerdote Taurinensi. — S. Benigni in Salassis ex Libraria Salesiana edente, MCM.

Le Odi e gli Epodi di Q. ORAZIO FLACCO. Commento ad uso delle scuole del Dr. Pietro Rasi. — Mediolani edid. Remus Sandron, 1902.

Ieroni XIII Sacerdotes Dioecesis Acensis Vota. — Carmen JOSEPHI SOLA.

I. ROSA. Feminismo cristiano. — Romae ed. Italica Societas Catholicae doctrinae, 1901.

SOCIIS COMMENTARII "VOX URBIS", PRAEMIA CONSTITUTA IN AN. MCMII



« Pallas Minerva ». — ALEXANDRI PHILIPPEPI (v. Botticelli) tabulam hanc « photocromice » expresserunt (metr. 0,30 × 0,40) FR. ALINARI, Florentiae, et Vox Urbis sociis dono largitur in an. MCMII (Cfr. huius Commentarii operculum pag. 2).



« Madonnina » RUPERTI FERRUZZI tabula, quam « photocromice » expresserunt (metr. 0,30 × 0,40) FR. ALINARI, Florentiae, et Vox Urbis sociis dono largitur in an. MCMII. (Cfr. huius Commentarii operculum pag. 2).



« Maria Puerum Iesum adorans » — PHILIPPI LIPPI tabulam hanc « photocromice » expresserunt (metr. 0,30 × 0,40) FR. ALINARI, Florentiae, et Vox Urbis sociis dono largitur in an. MCMII. (Cfr. huius commentarii operculum pag. 2).



« Maria Virgo Infantulum suum adorans » ANTONII ALLEGRI (vulgo il Correggio) tabulam hanc « photocromice » expresserunt (metr. 0,30 × 0,40) FR. ALINARI, Florentiae, et Vox Urbis sociis dono largitur in an. MCMII. (Cfr. huius commentarii operculum pag. 2).